Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



193

primus gallus cantauerit; Jamq; redierit atque ad modum
dicit iohannes ad focum stans iterum negare, Johannes enim in
prima negatione petri non solum de primo galli cantu tacet sicut
ceteri excepto marco sed etiam quod sedente ad ignem cognouit
ancilla non commemorat; hoc enim tantum ait. Dice ergo petro
ancilla ostiaria. Numquid ergo et tu de discipulis es hominis istius?
dicit ille non sum; Deinde interponit quae gesta sunt cum illum in ea
dem domo quae commemorandam arbitratus est. Erant autem
stabant autem serui et ministri ad prunas. quia frigus erat et cale
faciebant, Erat autem cum eis et petrus stans et calefaciens se;
Hic ergo iam intellegitur exisse foras petrum et redisse primo
enim sedebat ad ignem postea iam redien stare coeperat, sed
forte aliquis nondum exierat. Surrexerant autem et steterunt.
Hoc potest dicere quiputat foris ante ianuam secundo interrogatum
negasse, Videamus ergo iohannis se. quentia, Pontifex ergo
interrogauit ihm de discipulis suis. et de doctrina eius; Re
spondit eis ihs. Ego palam loquutus sum mundo. Ego semper docui
in synagoga et in templo quo omnes iudaei conuenunt. et in occul
to loquutus sum nihil; Quid me interrogas interroga eos qui
audierunt quid loquutus sum ipsis; Ecce hi sciunt quid dixe
rim ego; Haec autem cum dixisset unus adsistens ministrorum
dedit alapam ihm dicens. Sic respondis pontifici respondit eis ihs.
Si male loquutus sum testimonium perhibe de malo. Si autem bene
ne quid me cedis; et misit eum annas ligatum ad caifan pontifice;
Hic sane ostenditur. quod annas pontifex erat. Nondum enim
missus erat ad caifan. cum iam illi dicerentur; sic respondes ponti
fici. et hos duos annam et caifan pontifices commemorat et iam
lucas in initio euangelii suii; His dictis iohannis redit a quod coepe
rat de negatione petri, Id est ad eandem domum ubi gesta sunt
quae narrauit, Et eundem ad caifan missus est ihs atque ab
initio ducebatur. sicut dixit matths, Commemorauit autem
ista iohannis quae interposuit recapitulans de petro, et ad eam